1142 clipeos eorum deauratos et super loricas eorum et galeas refulgente omnia montana adiacentia resplendere videbantur. Quod cum domino suo refertur, Conradus exercitus suos ad pugnandum animat tamquam contra regem Conradum bellaturis. Verumtamen saniori utens consilio in medio noctis silentio de Boemia fugam[m] iniit. Nec mirum, mors etenim in tali articulo vel gladio vel pedibus vitanda est.[1] Ceteri autem eius complices, qua quis potuit, de Boemia fugam iniit et sic desiderati honoris nichil invenerunt in manibus suis. Rex autem Conradus Wissegrad[4] veniens cum processione in die ~~sancto~~ Pentecostes honeste suscipitur, et honestissime a duce Wladizlao et domna Gertruda, sua sorore,[2] predicti ducis coniuge, Teuthoniam feliciter revertitur.

cf. 1. Mac. 6, 39 — *cf. Psal. 75, 6*

Randnotizen: ~~am Rand P~~ — sᵒ P (am Rand) — Jun. 7 — h übergeschrieben P — übergeschrieben P

1143 Anno dominice incarnationis MCXLIII° dux Wladizlaus illate sibi iniurie non inmemor collectis exercitibus provinciam Conradi Moraviensis eius respondens meritis ingreditur, ubi eius exercitus nimiam capientes predam, cum his, que devastare vel secum asportare non poterant, tam eius provinciam, quam fratris[3] eius Wratizlai, crudeliter

1) Vgl. unten S. 43
2) Gertrud war Halbschwester Konrads III., eine Tochter Leopolds III. von Österreich.
3) Wratislaus v. Brünn war Bruder Konrads v. Znaim. Auch unten S. 14 wird frater gebraucht.
4) Burg Wyschehrad in Prag, die Stelle der ersten Herzogsburg.